

www.e-rara.ch

**Ōrigenous dialogos kata Markiōnistōn, ē peri tēs eis theon orthēs
pisteōs**

Origenes

Basileae, anno Christi 1673

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-32693>

Ioh. Rodolfus Wetstenius, SS. theol. doct. Nov. Test. prof. theol. facult. p.t. decanus: Ioh.
Rodolfo, dilecto suo filio, s.p.p.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

JOH. RODOLFVS WETSTENIVS,

SS. Theol. Doct. Nov. Test. Prof. Theol. Facult. p. t.

DECANVS:

JOH. RODOLFO, Dilecto suo Filio, S. P. P.

VETVS verbum est, Qui ædificat in publico, multos habet Censores: nec dubitandum, quin ex editione horum Origenis opusculorum varia experturus sis iudicia. Ego verò etsi nunc temporis eo fungar officio, cui Censura Librorum ad Religionem spectantium incumbit: tamen, quia me Auctorem & Suasorem illorum edendorum professus es; nec ego diffiteor; paucissimi Censura & iudicio meo acquiescerent. Interim spero, satis nobis fuerit, nihil nos temerè ausos; sed, communicato cum Venerandis & Clarissimis Collegis consilio, ea publicasse. Ceterum, diligenter & attentè hanc tuam opellam recensur: ac nonnulla, *ὡς ἐν παραδόξῳ*, animadverti, quæ à te præterita, lucem aliquam (nisi fallor) his Adamantii scriptis afferre possent. Ea Lectoribus ultrò impertiam.

Principio, sæpe meditabar: Quâ ratione Disputatio illa, quæ primum locum tenet, DIALOGI singulari Nomine esset inscripta: cum Sectionibus quinque diuisa, minimum Duobus Actibus, ut ostendunt Iudicis *Eutropii* totidem sententiæ finitivæ, constiterit: nec ab uno, sed *Quinque Adversariis*, diversissimè sentientibus, *Origenes* impugnatus fuerit: nec singulis his, peculiaris *Sectio* Disputationis tributa sit: denique vix uno toto die Collatio sive Conflictus iste Disputantium absolvi potuerit? Nullam aliam divinam quibam, præter hanc: quod *Sectione* I. Colloquentes erant Duo soli, *Origenes* & *Megethius*: postea II. accesserit *Megethius Marcus*: hætenus *Marcionista*. Deinde successere *Valentini*, exordia ducente *Marino*, cui se adiungit *Megethius*, *Sectione* III. Quos interruptit *Drosierius* & *Valens*, *Sectione* IV. Tandem *Sectione* V. Promachus Valentinianus *Marinus*, à Duobus primariis *Marcionitis* *Megethio* & *Marco* adjunctus tertiam & ultimam suam Propositionem eventilat. Atque hinc apparet, quod in *Promissio* scriptum est, quorum spectet: nimirum, *Singulos* quidè *hæreticos* suam *hæresim* defendisse, interea *malitiosè* adversus Adamantium *conspirasse*. Id enim complicatio eorum, & suppetiæ mutæ produnt: sed totū *Consilium* impiorum uno spiritu dissipatum fuit.

Potid. In *Versione Latina* observo, Ple-rosque omnes interpretes parum attendisse ad

verborum proprietatem; sed elegantia ac flo- sculis orationis plus æquo studuisse. Unde non parum confusionis & obscuritatis ipsi Tractationi accessit. nam, dum Interpretes varietate Nominum suas eloquentiæ Cornucopias effundunt: rebus ipsis disceptare Colloquentes videntur. Ex gr. Nomen *Δημιουργός* (quod *Marcionista* erat proprium unius alicujus *Principii*, hoc est, Dei) transfulerunt modò *Creatorem*, modò *Conditorum*, modò *Demurgum*, modò *Fabricatorem* & *Opificem*. neque hoc grande peccatum deputo, sed quum Opponentis & Respondentis officium requirat, ut in iisdem terminis maneat; ne, si alter de cepis quærat, alter de aliis respondeat: certè id Lectori, græcè non erudito, facile suspectum fieri posset; siquidem videret *Marcionistam* de *Demurgo* interrogantem, & *Origenem* de *Creatore* vel *Opifice* respondentem. Ideoquæ præstitisset (quod plerunquæ à te factum puto) per Nomen *Conditoris* exprimi *Δημιουργός*: atque sic à *Creatore*, quem *Ποιητὴν* & *Κτίστην* vocant Orthodoxi, quadamtenus distingui.

Sed unum, præ cæteris frequens erratum, apud omnes Interpretes, non prætermittere debeo: de quo Reverendus & Clarissimus *Svicerus* noster (Not. col. 52.) meritò sollicitus fuit. Etsi enim *Picus* & *Humfredus* & *Tarinus*, &c: fortè plures, indifferenter Nomina, *γενέτης* & *γεννητής*, horumque Composita *Ἀγεννητός* & *Ἀγεννητός*, interpretati sint: tamen

textum aliquem sacrum à partibus appellatum, & à Judice mandata fuit Recitatio verborum; statim lecta fuerunt formalia, quæ vocantur, verba Scripturæ. Vide sis pag 50: & 58: & 64: & 85: & 90: & 121: & 127: & 142. &c. Adde: quod *Eutropius* inf. pag. 58. med. dicat: *Memini*, Apostolos in *Evangelio* XII. & LXXII. esse traditos. Non video, unde *Paganus* meminisse potuerit, nisi ex recitatione, præfenti loco & occasione factâ.

Pag. 10. lin. 11. [Ὀυκὼν νοητέστιν ἐξ ἴν] *Nunciavimus*. Verbum istud parentheticum, repetendum fuisse dicitur τὸ κοινὸν, res ipsa, ni fallor, postulat, & sensus, aliàs nullus: quanquam omnium etiam sit in nostro M.S.

Pag. 11. med. Ὀυκὼν νοητέστιν ἐξ ἴν] *Ψιλὰ*. Intercalandum esse ἴν, docet *Origenis* sententia, seq. pag. 12. l. 2. & seqq. Νοηταὶ ἐπὶ πᾶσι αἰθραῖς γρηγορήσῃ, καὶ σοὶ ἡδὴ πὲρ γεγραμμένα *Ψιλὰ*, ταῦτά ἐστιν πὲρ ἀληθῆ καὶ σαφῆ. Ad intellectum spectant omnes *divina Scriptura*: nec jam ea, qua nudis literis scripta sunt, ista etiam vera & dilucida sunt. Consentiant his, quæ idem inf. Sect. V. pag. 139. pronuntiat. lin. 6-9.

Ead. p. lin. 6. à fin. Ἀνάγνωθι] *Recognosce*. Mallet: *Lege & attende*.

Ad pag. 20. lin. 16. Not. col. 27. med. post verba: ut ἀντιθέσις patet.] *Adde*: item quæ collatione antecedentium *Origenis* verborum, pag. 19. lin. 5. à fin. & p. 20. Εἰ μὴ ἂν ἐκλασῆς τὴν χειρῶν & Χεῖρὸς πάντας ἰωσσε, πῆρας πὲρ ἀπίστους. mox iterum: Εἰ δὲ ἀπιστήσαντες αὐτῷ ἀπίστον. Liqueat.

Pag. 27. lin. 4. 5. καὶ ὡς καθὼς δίκαιος ἔσται.] Not. col. 20. inf. - & rei quadrantem. *Adde*: Si liceat audacius conjectari, dicam: σοὶ ἄγαθος καὶ δίκαιος ἔσται; Nonne *Bonus*, erit & *Iustus*?

AD SECTIONEM II.

Pag. 43. lin. 6. 7. Ὀυκὼν τρεῖς ἀρχαί, ἀλλὰ δύο εἶναι.] *Non Tria Principia, sed Duo esse*. Hinc solvatur *Dubitatio*, quæ diu vexavit *Viros doctos*: *Utrum Marcionitæ DUO, an TRIA Principia*, i. e. Duos, an Tres Deos statuerint? Illis, in partes suas allegantibus *Irenæum*, Lib. 2. c. 1. & lib. 4. c. 57. *Terrullian*. passim, *Euseb.* lib. 5. *Hist. Eccl.* & *Isidorum*: Istis, ad *Epiphanium* & *Augustinum*, nec non *Theodoret.* de fab. hæret. lib. 1. provocantibus. Definat contentio: habes enim hic duos *Marcionis* hyperaspitas, *Megethium*, qui *Tria*;

& *Marcum*, qui *Duo Principia* propugnavit. Vid. *Lamb. Danaus* in *Augustin.* de hæres. cap. 22. num. 2. pag. m. 65.

Pag. 44. med. in verbis *Adam.* ὅτι ἐκείνος ἔχῃ τὴν ἰδίαν κλήσιν.] Sic M.S. quod significat, *Suam cuique propriam esse possessionem*. Verum, tam *Picus*, quàm *Humfredus* interpretatur *Creaturam*: quod proin suo loco reliquimus. Ad marginem notandum erat: *Gr. possessionem*. Mihi videtur, *Dominium & Potentiam* cuiusque argui à *Possessione*, seu *Subditis* cuique propriis. Id ostendit *Quæstio* proxima. *Cujus esse dicis homines, Boni an Mali?* Iterum *Eutropius* mox: *Qui comprehendit* (possidet) *Bonus eos, qui ad Malum pertinent?*

Pag. 46. lin. 12. à fin. πῶς ἀγαθὸς τὸ ἀγαθὸς?] *Picus*: *Quid interest inter Bonum & Malum?* Legisse videtur in suo Cod. - τὸ ἀγαθὸν κακὸν; Verterem nostra: *Qua præstantia erit Boni illius?* Hoc indigerant sequentia: ἵνα γὰρ σωθήσονται ἀμφοτέρω h. e. *UTRIUSQUE enim par studium, vel consilium æquale*. nimirum, *Quod par est & æquale alteri, nullâ prærogativâ pollet*.

Pag. 53. init. Ἐπι τὴν εὐχαριστίαν ἔρχεσθαι] *Mallet: Ad vel super Eucharistiam venit*.

Pag. 59. lin. 23. Τότῃς ἐνεγύρεται] *hos absque scriptis predicasse*. Supplenda esse hæc verba, & in *Gr.* deficere quod antecedit *Adverbium* (ἀγαθῶς) demonstrant etiam seq. pag. 60. lin. 6. à fin. verba *Eutropii*: *Scriptis ne Petrus Evangelium?* *Cur igitur asserebas* (*Marce*) *illos* (ἀγαθῶς) *sine scriptis docuisse?* Hanc eandem sententiam *Marcis*, etiam redarguebat, quando superiori loco dixit: *Stolidum nimis esse, dicere: Illos, qui ad predicandum Evangelium missi sunt, hos illud ἀγαθῶς, sine scriptis, predicasse: at, Paulum non missum, in scriptis docuisse, dicere*. Utramque *Marcis* sententiam, ut sibiipsis contrarias, explodit.

Pag. 62. lin. 4. ὅτι Χεῖρὸς ἐστὶν καὶ ἔστιν] Sic M.S. nostrum. Meliori Codice usus videtur *Picus*, qui vertit: *Nusquam in Evangelis reperire licet, Salvatorem docuisse quemquam, nempe hoc, Christus sum Peregrinus*. Apertissimo sensu. Itaque scribendum: *Χεῖρὸς ἀμὲν ἔστιν*.

Pag. 67. med. *Qui facit, ne affulgeat iis lumen*] Plus inest phrasi, καὶ καὶ ἀνυγάρσσει τὸ φῶς. Mallet: *ne penetraret*: vel, *ne perficatur eorum illuminatio*.

AD SECTIONEM III.

Pag. 72. lin. 4. à fin. Δύο ρίζας οὐδ' α - iterum l. ult. Δύο ρίζας φησὶ] *Diæ Radices* appellabant *Valentiniani*, quas Δύο δόξας, sive *Diæ Principia* nominabant *Marcionita*. Utrumque Nomen, δόξα & ρίζα Orthodoxi usurpabant de vero DEO, præsertim PATRE. Sic initialia verba Evangelii Johannis: 'Εν δόξῃ ἦν ὁ Λόγος. In Principio erat ille Sermo, id est, In Patre: sunt interpretati, τὴν μὲν γὰρ δόξῃν, ἀφ' ἧς ἀπολάσθησι ὁ ἐρεθιστὸς Λόγος: τὴν Πατέρα ἢ ποιητὴν τῶν ἰσῶν Φατίου, ἐν ᾧ ἦν ἡ. Etenim Principium, à quo EFFLORUIT integerimus ille Sermo, dicendus est PATER ille & Creator omnium, in Quo erat: Methodius apud Photium P. CP Biblioth. Cod. cexxxv. p. m. 497. Edit. Hœschel. Fortè secundum *Athanasium*, Orat. 5. cont. Arian. Similiter, propter Generationem (quæ *Germinationem*) Filii ex Patre, hunc Radicem illius dixere. B. *Marcus Diadochus*, Oratione αὐκὸς δὲν contr. Arianos: Κεφαλὴ τῆ Ἰῶ, τρεῖς τῆ Λόγος ὁ Πατὴρ ὁ πᾶσι φησὶ, οὗ ἐν παλινοσμῶ πρὸς ἡ δόξας ἀλλ' ἐν ὑπερώσῃ πατρῆτι, καὶ ἡ ἦν ἐν καὶ αὐτὸς. ἐπειθεὶ ῥίζα τῆ ἀληθινῆ Λόγος τρεῖς ἐν ὁ Πατὴρ ὅπως ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς. Καὶ ρίζαν γὰρ, φησὶ, Λόγος, ὁ Ἰῶς, ἀρῆσθαι αὐτῆ τρεῖς ἐν, ἐκ τῶν κλάπων τῆ Πατρὸς εἶναι τὸν Λόγον ἡρώσῃ μὲν, ρίζα γὰρ ὄντως τῆ Λόγος, ὁ κλάπων τῆ Οὐκ ὕψιστος, ἀ ὁ Λόγος ἐρριζωται. CAPUT FILII, hoc est, Sermonis illius est PATER ille Sapientissimus, non propter honoris aut glorie quandam exuperantiam; sed propter Paternitatis hypostasim, secundum quam & Ipse est: quandoquidem Radix veri Sermonis est Pater, hoc est, Verax ille Deus. Etenim Radicem, inquit Job, invenimus Sermonis ipsius: hoc est, ἐν sinu Patris esse illum Sermonem cognoscemus. R A D I X enim SERMONIS ipsius verè est Sinus DEI naturaliter, in quo Sermo ille radicatus est. Nimirum, hæretici suas fabulas pigmentis Vocabulorum Orthodoxis communium inducere, ac ita facilius eas persuadere suis Auditoribus satagebant.

Pag. 78. lin. ult. ἐρηκτικῶ πρὸς, perridiculam quaestionem.] Picus: quam maxime ironiam. præse fati. Licebit latinè, simulariam quaestionem, dicere.

Pag. 84. lin. 9. 10. ὅ γὰρ ἐνδύχεται δὲν πλάμωται πῖπτον, ἀλλὰ δὲν τοῦ ἐστῆαι. non enim

à lapsu, sed à statu, quis cadere potest.] Hæc crudire possunt recentiores quosdam Theologos, Hominem considerantes in diverso Statu Innocentia, Lapsus, Gratia, Gloria. Præterquam quod nemo Veterum sic præverit: est (ut mollissimè dicam) inconcinna valdè Nomenclatio, *Statu Lapsus*.

16. lin. 16. Δύο ἀλλήλα εἶναι, ἀδύνατον.] Picus: Duo ingenita (infesta) esse pariter non possunt. Videtur legisse φῶς ἀδύνατον. Aliàs eo supplemento ad sententiæ veritatem nil opus.

AD SECTIONEM IV.

Pag. 89. lin. 10. Οὐτως εἰδεί μοι ἐχθρῶν.] In Notis ad h. l. col. 59. l. 10. perperam excusum est: ut his o. f. pro. ut nil opus fuerit. postea l. 4. è Pico restitue: Ita mihi res se habere visa est.

Pag. 92-95.] Ista quidem in *Philocalia* legitur verum est: Sed & apud *Eusebium* in de Præpar. evang. lib. VII. extremo, inveniri, rectè ibid. traditur. Non autem, ut Nota marg. vult, solummodo usque ad verba pag. 95. ἐξ ὅσων ὄντων γεγονέναι ὡς τὸ Θεῶ:] producantur *Origenis* disputata: sed in sequentibus ejusdem Dialogi plura occurrunt, quanquam varè distracta. Quod ostendere non pigror: facto indicio paginarum *Philocalia* secundum editionem Paris. Joh. Tarini, An. 1619. in 4.

Pag. 95. Verba *Valentis*: 'Εμοὶ ἡ ὕλη ποιητικῆς ἀνάγκης ἐχθρὸς δοκᾷ.] Philoc. p. 389.

Pag. 96. inf. *Adamant*. Τίνος τῆσιν ἡμιουργὸν φησὶ τὸν Θεόν;] Philoc. p. 390. med. sed hic legitur: Τίνος τῆσιν α. Eodem sensu. Dein, sub fin. ἐφύλαξεν σκηνίας ἀπὸ τῆσιν ἡσιν] addit *Philoc.* αὐτὸ τῆ, antea: quod illustrat sensum.

Ibid. VAL. Οὐ δοκᾷ μοι.] Philoc. Ὅσον μοι δοκᾷ, hoc parum refert.

Pag. 97. lin. 12. καὶ ἵπτε.] Philoc. καὶ ἡσ, secundum quos, scil. Qualitates. Optimè.

Ibid. lin. 5. 6. ὡς σκηνία λίθοι μόνον, τῆ ὅσιν ἡσιν.] *Clarius* & plenius *Philoc.* pag. 391: ὡς σκηνία λίθοι μόνον τῆ ὅσιν, οἰκία ἡσιν οἰκία λίθοι: quasi non amplius lapides manerent suâ substantiâ, postquam domus facti sunt illi lapides. Τῆ γὰρ ποιότητι & συνδύστασ τῶν οἰκίας γεγονέναι φησὶ τετραπίσιν ἐπὶ τοῖσιν (lege, ἐπὶ τῶν) & ἀπὸ τῆσιν τῶν λίθων ποιότητι, ἔτι μοι δοκᾷ - nam, Qualitate compositionis domus illam factam esse, dico: conversâ nimirum prioris lapidum illorum Qualitate. Sic mihi videtur. &c.

Ibid.

Ibid. l. 9. καὶ τὴν τῶδε Ἐκκόσμου Ἰουστῆ] Picus: Per quam hujus M. creationem. Legit, καὶ τὴν τῶδε. quomodo & Philoc. Tarini p. 391. & M-S. Basil. habent.

Ibid. lin. 12. Ἐπεὶ τοίνυν, τροπῶν ἕνεκα ποιότητων καὶ τῶ Θεῷ γενομένων, φησὶ δὲ καὶ. Totum istud κῶλον deficit in Tarini græco: etiam in M-S. Basil. Et tamen Tarinus verba latina exhibuit in suâ Philoc. Forfan ex alio Cod. ut refert in Notis. Itaque Spencerus redintegravit. Sequentia multimodè variant: & quia Personæ colloquentes, in Philoc. non expressæ, nec verba eorum certis membris distincta sunt, sæpe colloquefcunt Valentiū & Origeniū dicta, uti comparanti Dial. nostri pag. 97. cum Philoc. Tar. p. 391. patebit.

Ibid. lin. ult. ἐ μὲν καὶ πρὸ πᾶσιν. Philoc. H^o ἐ μὲν. Sic M-S. Bas. Non solum Dilemma hic Philocalia exhibet; sed hoc alterum membrum longè prolixius diducit: prætermisissis quæcunque Dial. pag. 98. l. 3. post verbum γενομένων, scribuntur; usque ad Eutropii quaestionem, mend. pag. 98: ὅτι τὸν δὲ καὶ ἄλλο μὲν καὶ. Sic autem connectuntur illa, Philoc. p. 392: Ἡ ἐ μὲν καὶ πρὸ πᾶσιν ἕνεκα ποιότητων κακῶν, ἐν τῷ τροπῶν καὶ τῶ Θεῷ τὰς πρὸς τοιαύτας ποιότητων ἄλλων γενομένων [hæcenus Dialogus noster] ποιότητος φησὶ, ἐν τῷ ἐστὶ τῶν κακῶν ὁ Θεὸς, πρὶν τὰς τῶν κακῶν ποιότητων κακῶν, ἐν τῷ εἶναι κακῶν. Ἡ τὸ μὲν ποιότητων κακῶν ἐν τῷ κρείττονι ἢ ὁ καὶ σοὶ πρὶν τὸν Θεόν, τὰς ἵ λοιπὰς καὶ μὲν ὅτι αἱ ἀφ' ὧν ἐν τῷ γένοντι, τῆς ἀφροσύνης ἐνεκα τῶ Θεῷ τετραφθῆναι λέγεται; Οὕτως ἀνωθεν εἰρηνογῶ. Πῶς τοίνυν τὰς τῶν φάσεων ποιότητων ὡς εἶχον καὶ καταλείπειν λέγεται; πότερον ἀνωθεν μὲν κλη. c. Vel se prius non erant Qualitates mala; idèò vero, quod prima a Deo mutata sint, tales in Materia factas esse Qualitates dicit; malorum causa erit Deus, qui Qualitates non malas mutavit ut essent mala: Vel, malas Qualitates in melius mutasse Deum non existimas; sed reliquas & solas, quotquot præstantiores erant, (perperam Tarin. &c. solas medias ac indifferentes: tales enim ἀφροσοι dicuntur: sicut h. l. scriptum exat in Cod. Basil.) ornatis causâ, dicit, à DEO mutatas esse? Ita superius ego tenebam. Quo igitur modo, eum illas deteriorum Qualitates, prout se habebant, dereliquisse dicit? Utrum cum posset quidem, &c. Si quis adhuc dubitet, utrum ἀφροσοι an ἀφροσοι legendum isthic sit? respi-

ciat, πῶς ἀνωθεν εἶχε, qui superius habuerat? sententia Colloquentis Valentini: mox deprehendet, eum statueret: Deum, quamdo creare Mundum incipit, a pessimis Materiæ partibus distinxisse pulcherrimas: ex istis, τὰ ἕνεκα δημιουργῶν, ἀφροσοίους καλῶς, ea qua sunt, operatum, eleganter exornasse: illa verò, ad conditionem inepta, reliquisse prout se habebant; & quibus mala fluxerint. Dial. nostri p. 88. 89. & 98. At, de partibus Materiæ mediis & indifferentibus, quibus (ut Vigorius apud Euseb. vertit) nihil cum bonis malis &c. commune; nihil quidem illi somaiarunt. Hanc pericopam, quia in postremis est eorum, quæ secundum seriem & consequentiam Philocalia respondent Dialoگو nostro, pag. 98. & 99. idèò exscripsi; quoniam hujus & cæterarum collatione unicuique apparebit, Maximi Dialogum, è quo sua prompsit (uti proficitur fin. Cap. anteced.) Eusebius, & cum quibus Philocalia verba ἀφροσοίω consentiunt; illum, inquam Dialogum nil aliud esse, quàm interpolatum, & disertius explicatiusque (veluti cum Commentario) productum & expoliturum Origenis Dialogum contra Marcionem & Valentinum, quantum quidem ad eam partem, quæ ἀνωθεν κακῶν Ἰουστῶν, de Origine malorum, sive πόθεν τὰ κακῶν; istâ Sect. IV. disceptantur Nec verisimile mihi fit, illum Maximi Dialogum prius fuisse conscriptum: nisi credere malimus, Maximum eodem egisse Prophetam; utpote, qui non solum Origenis prædixerit argumenta; sed &, Quid Droserius & Valens, ex Valentini traditionibus isthic erant objecturi. Certè unâ pag. Philoc. 391. sexies Adamantii & Valentis formalia (ut exant Dial. n. p. 97.) repetuntur: quæ an Maximus antiquior Adamantio, potuerit divinare, haut capio.

Pag. 98. lin. 8. à fin. μηδ' ὅλος] Philoc. distinctius, μηδ' ὅλος. Lin. seq. ὅτι αὐτῶν μὲν, ἐν συνεχ. μ.] Philoc. pro ἂ, legit ἄν. Tarin. Causa non erat eorum, quæ, ut erant, dereliquit.

Ibid. ἐκ τῆς μὲν αὐτῆς] Philoc. p. 392. inf. & 393. sic: ἐπεὶ ἡ μὲν μὲν ἂν ἀνωθεν δημιουργῶν, μὲν δὲ π ἕτως εἶναι, ἀνωθεν κακῶν πρὶν ἐν τῷ κρείττονι, ἀπὸ τῶν ἀφροσοίω ἀξίω εἶναι μὲν ἀνωθεν, καὶ ἀνωθεν κλ. Cum autem partem ejus fabricetur, partem aliam scelinquat, quam & ipsam mutare in melius posset; dignus mihi videtur qui culpam ferat: utpote qui reliquerit, &c.

Pag. 99. *init. lineæ* 12. consentiunt cum *Philoc.* p. 393. tantum l. 4. inter ἀνθαλαμωδῶν ἄνθρωπων κηκῶν, ponit ταῖς. *Tarinus*: quæ mala *nunc appetit*: pro, sustinet, perperitur. Pejus erravit, cum p. p. de Homine creato (quod exemplum non extat in *Dial.* nostro) τὸ μηδὲν ἀνθαλαμωδῶν τῶν κηκῶν παρὰ τὸ φύσις εἶχεν. vertit: *ita est à naturâ comparatus, ut nihil mali appetat vel admittat.* (quod falsum est aperte.) rectius *Vigerius* apud *Euseb.* *A Naturâ hoc habebat, nihil ut omnino mali pateret.* Mirum, hæc & plura talia *Doctiff. Spencerum* prætermisissit.

Ibid. *lin.* 10. νῦν 3] *Philoc.* νῦν, pari sensu. l. 12. κηκῶν.] Post hæc in *Philoc.* & *Euseb.* *Homini* exemplum adjicitur, primitus absque omni malorum sensu creati. Quod in auctario deputandum interpolantis *Explanatoris*, cui vis liquet. *Lin.* 15. *προς γινώσκον*] *σως γινώσκον* *lidem.*

Ibid. *lin.* 16. 'Εἰδ' ἄ τ. μ. δ. τ. Θεὸν ἀνελεῖν τὰ κηκῶν.] verbum ἀνελεῖν, deest nostro *Cod.* sed id tùm ex antecedentibus, nempe Propositione dilemmaticâ *Eutropii*, p. 98. *med.* tùm ex *Joh. Picii* versione, tùm ex *Euseb.* & *Philocal.* repetendum. Plenius ac planius isti sic: *Tarinus* p. 394: 'Εἰ ἄ τὸ μὴ θύνασθαι τὸ Θεὸν ἀνελεῖν τὰ κηκῶν, τὸ μὴ ὑπερῶσθαι λίγας, ἀδύνατον τὸ Θεὸν φύσις ὑπάξειν τὸ δὲ ἀδύνατον, ἤτοι τῆς φύσεως αὐτὸν ἀδυνεῖν εἶναι ἔστιν ἢ τῶν κηκῶν τῶν φύσιν διεσπασμένων *σως* ἔνθεν κηκῶν τῶν. [εἰ μὲν ἂν τὸν Θεὸν φύσις ἀδυνεῖν ὄντα τολμήσῃς εἰπεῖν, ἀεὶ τὸ σωτήριον αὐτῆς κηκῶν ὄντων μὴ εὐχόμενος εἶναι τῶν κηκῶν φύσιν πρὸς τῶν κηκῶν τῶν.] μείζονα ἔστιν τὸ Θεὸν τὰ κηκῶν, κλ. *Sin autem ex eo, quod non possit Deus tollere mala, dicas, ea non cessare; impotentem esse Deum. statues: hæc verò impotentia, vel ex eo erit, quod Naturâ ipse infirmus sit; vel, quod metu vincatur, velut in servitutem redactus à potentiore: [Si quidem ergo, DEUM Naturâ infirmum esse, audebis dicere; videris mihi de salute ipsâ periclitari: sin verò, quod vincatur metu potentioris] potentiora DEO erunt mala, &c. usque ad, τὴν ἀπάντων ἐξουσίαν ἔχειν. - in universâ potestatem habes. En iterum specimen interpolationis, quanquam fatear, ad elucidationem Veritatis peridoneæ. Quæ sequuntur in *Philoc.* perplexæ habent.*

Pag. 100. *lin.* 11. 12. *Expone* - quæ d. *secundum Substantiam*, tùm *secundum hypostasis* esse] *Ordo* perverfus est, restituendus juxta *græcum.* *Hypostasis* præcedat *Substantiam.*

Idem ead. p. med. 'Εξ τῶν συμφορητικῶν ἰσθ. usque ad p. 101. *med.* τῶν ἡρητῶν *σως* αὐτῶν δέξιν κηκῶν.] Qui hæc *Adamantius* plenè velit percipere, legat è *Maximo* & *Eusebio*, quæ referunt *Auctores Philocalia*, edit. *Tarin.* p. 385. *inf.* 386. 387. & 388. Rectè in *Notis* explicatur sensus; sed contextum vitiatum & luxatum, *ὀνόματι* *σως* ejus satis superque arguit. Repeto igitur locum *Philocalia* integrum, ubi maximè peccatum. nempe: *Lin.* 4. *τῶν* *σως* *verborum Adam.* 'Αλλ' ἄσπερ δὲ τὸ γρηγορητικῶν, ὁ γρηγορητικῶν λίγεται, κἢ ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς ὀρίστη, κἢ ἀπὸ τῆς ἱατρικῆς ὀρίστης τῆς ἑσίας ἢ τῆς ἱατρικῆς ἑσίας, ἢ τῆς ῥητορικῆς, ἢ τῆς γρηγορητικῆς: ἀλλ' ἀπὸ τῶν συμφορητικῶν αὐτῆ τῶν *σως* ἡρητῶν λαμβάνεται: ἄφ' ὧν ἔσται ὀνομαζέσθαι *σως*, κλ. *Sed sicut à Grammatica Grammaticus nominatur, à Rhetorica Rhetor, à Medicina Medicus; cum Substantia nec Medicina sit, nec Rhetorica, nec Grammatica; sed ab iis, quæ illi accidunt, hæc appellationem accipiat; à quibus ita nominari videtur, etsi nullum eorum sit: ita &c.*

Ib. *lin.* 9. *ἀφ' ὧν* *σως* αὐτῶν.] hoc velle videtur: *Substantiam*, cui accidit malum, nec *Substantiam* puram, nec *malitiam* meram, sed quid ex utroque mistum esse. Sequitur in *Philocalia* iterum interpolatio quædam perplexa, trium versuum circiter.

Ib. *lin.* 6. *ἀφ' ὧν* *σως* αὐτῶν.] *Philocal.* p. 387. *ἀφ' ὧν* *σως* αὐτῶν, sed operationes: ejus. *Optimè.*

Pag. 101. *l.* 1. *ταῦτα* ὅσα ἡρητῶν] *Phil.* *ibid.* *ταῦτα* δ' ἔτι γίνονται. Eodem sensu; sed huic posteriori lectioni favent sequentia: ἢ γινώσκον δέ.

Ib. *lin.* 4. *ἔσονται* οἱ ἀνθρώποι.] *Philoc.* longè aliiu repræsentat: absurdè.

Ib. *lin.* 11. 12. *ὡς* ἀπὸ τῆς τεκλονικῆς τέκλων.] *Philocal.* *ὡς* ἀπὸ τῆς ἱατρικῆς ὀρίστης.

Ib. *lin.* 16. 17. *ἐκείνῃ ἀνάγκῃ κηκῶν*] *Philocal.* *κηκῶν* *malè.* nam sicut *lemmate* præcedenti *κηκῶν* & *κηκῶν* distinctè ponuntur: sic & *illic* oportuit reponi.

Ib. *lin.* 16. τῶν ἡρητῶν πρὸς αὐτῶν δέξιν κηκῶν] *Philoc.* *ἡρητῶν*, hic & in prioribus: perperam. At, quod exhibit *σως* αὐτῶν, placet præ illo: refertur enim ad antecedens *κηκῶν*, hoc sensu: *eo quod ab illo* (scil. homine malo) *facta* esse *demonstrantur.* Pro δέξιν κηκῶν *Philoc.* habet *εἶναι φάναι.* Post hæc nihil occurrit in *Dialogo* nostro, quod *Philocalia* respondeat.

Ex his manifestum arbitror : Etsi ἀπολιξέει pleraque *Dialogi* argumenta reperiantur in *Dialogo Maximi* apud *Eusebium* : tamen nec iisdem omnino verbis, nec eadem serie isthic, quâ illic proponi ; sed magnâ traiectione, ac variis auctariis hinc inde inculcatis, ad *Maximi* arbitrium fuisse redacta ; & quidem interdum itâ dissimulatis verbis *Origenis*, quasi non fuissent illi visa. Cujus specimen videre licet in iis, quæ ad pag. 92. l. 20. & 23. enotata dedisti : nam illa omnia, tribus ferè verbis in nostro *Dialogo*, pag. 91. med. leguntur, nempe, ADAM. Ὁυκεν ἠνάγιξι ὡς δὲ τὸ μὴ ἕναι τὸ ἄπρον τὸ ἀγχοεῖον. *Maximus* : Philoc. p. 377. l. ult. & p. 378. l. 1 : ἀνάγκη, εἰ μὴ κηχάρισται τῆς ὕλης ὁ Θεός, ἐν τῷ ἀγχοεῖον (Scribendum, ἀγχοεῖον, ut rectè *Dialogus* noster) εἰνευ λέγει. Deinde, quæ altero loco refert : Ἀδύνατον γὰρ, ἐν ἀγχοεῖον - Ex *Eutropii* verbis circumducta sunt : *Dial.* nostri pag. 91. cad. Ἀδύνατον ἢ χροεῖον ἀπὸ ἡμῶν, μὴ ὄντων τῶν χροεῖον. - ἄλλως δ, τὸ τρίτον μέγεθος. Quæ novissima longè aliter & aliò vertit *Maximus*. Verùm ἄλλοις τῆς δευτέρας. Si cui placet, præter *Eusebium* & *Philocaliam* conferre *S. Methodii M.* disputata, πότεν τὰ κηχά, *Unde mala?* consular *Phosii* P. CP. Biblioth. in excerptis è libro illius de *lib. arbit.* Cod. ccxxvi. pag. m. 498. 502. & facillè deprehendet ; Veteres ipsissimis *Origenis* nostri argumentis pugnâsse, quanquam se Adversarios ejus ostenderent. Vixit autem *Methodius* non ad eò diu ante *Eusebium* : martyrio confectus circa An. Chr. ecc. Hieron. de *Script. Eccles.* Cap. 83. ubi tamen innuit, alios eum sub *Decio* Imperatore passum, L. ferè annis antiquiore facere.

Pag. 104. l. 8. à f. ἄπορον γὰρ ἡγούμεαι. Sic quoq; abruptit *Eutropius* Moderator procacitatem hæreticorum, seq. Sect. V. pag. 144. l. 3. à fin.

Pag. 127. lin. 7. à fin. προγνώσκει ὧν] P. itâ h. l. *David* illum secundum carnem Dominum minimè fatetur : sed secundum Spiritum, hoc est, Verbum Dei, non solum ipsius *David* est Dominus, sed etiam omnis Principatus, Potestatis, Dominationis, & Nominis quodcumq; nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Narrat autem, ut futurorum præcius, *Judeos* non credere quod erat secundum Spiritum, &c. Legit igitur locum Apostoli, ut hodieque legitur : & verba, προγνώσκει ὧν, post illa, ἡδὲ ὧν. Perbenè.

AD SECTIONEM V.

Pag. 130. lin. 9. à f. προοίων ὁ λόγος. Pic. *Progressus orationis* arguet, *Humfred.* *Orationis cursus* vos vincet. Nobis visum : *Præcedens disputatio*, quia, non *Origenes*, sed *Marinus* ingessit hanc Quæstionem, suprâ init. §. III. p. 70. 71. Si cui minus id placet, vertat : *Præcedens oratio* : uti suprâ pag. 92. l. 6. *Orationis processus* vel *progressus*. Etsi mihi videatur utrobique de præfenti *Disputatione* loqui, vi articuli ὁ λόγος. qu. dic. *nostra disputatio*.

Pag. 133. l. 10. Not. col. 84. Sphalma occurrit, ἐπαυσι. pro σιωπῆσται. ut *Marinus* ait. *Nota* illidem, postaliter placeat.] *Addè* : quos benigniores spero, quia p. p. l. 30. elegantissimū Nomen εἰσῆσις (nulli Lexicographorum, ne *Medicorum* quidem, observatum) suggerit. Germ. opinor, *Bluststellung*. Vestigia ejus dantur in *Compositis*, Διάσῆσις. Ἀνωσῆσις : quod pertinent ἀνασῆσις φάρμακων, *Medicamenta restringentia*.

Pag. 137. l. 15. MAR. Ἐπεροφῆ] Notandum ad marginem erat : 4. *Argument.* *Valentin.* Sic p. 138. inf. ad ejusdem verba : Eἰ δὲ in marg. notetur : 5. *Argumentum Valentinianorum*.

Pag. 139. l. 19. ἡ τύχη ἢ πρῶτος. Non deputo in erratis, nec id arguit adject. σαρκικός. Syllepsis censetur : ut, *Pater mihi & mater mortui*. Ter.

Pag. 142. l. 2. ἰδὲ φῶν. ἰδὲ φῶν. Bene Cl. *Swicerus* noster, de *contextu* S. Scripturæ usurpari, monuit. Insignem locum enotasti ex *Epiph.* de *pond. & mens.* p. 535. inf. *Not.* col. 193. nim. πῶστος τῆς ἐξουχίσεως εἶον ἐδῶφός ἐστὶ ἡ γροεῖ.

Pag. 147. lin. 12. χεῖται. Bene *Picus* : *miser.* Sed & *Helynandus* apud *Antoninum Archiep.* Florent. λ. pro δ. legit, super *Northifelyros* (γῆ-δισιωπῆν) laudabiles discursus faciens. To. 3. *Summ. hist.* Tit. 18. Cap. 5.

Pag. 150. lin. 5. inf. ἀνθεματικὸν ὄργανον. Pic. *temeritatem spontaneam*, *Humfr.* *fortuitam*, vertit. Ille videtur in animo versasse, quæ prius interpretatus est : uti refert *Not.* ad h. l. col. 95. nimirum sponte naturâ consistunt, &c. Ipsum Nomen ἀνθεματικὸς non dum mihi occurrit apud *Epicurum* asseclæ. Apud *Diog. Laërt.* Lib. X. ista ejus leguntur, p. m. 753. è lib. 2. de *Nat.* Τὸς κόσμος δὲ, ἢ πᾶσαν συγκοσῆσιν πεπερασμένον, καὶ ζῆν γεγονένον ἀπὸ τῆ ἀπέρι-
ρα πάντων τῶν ἐκ συροφῶν ἰδίων ἀποκεκερμένον, ἢ μαζῶν ἐπλατῆον. *Mundos*, & *omnem finitam Concretionem*, existimandum esse. ex *Infini-*

In finito illo prodissè; his omnibus EX CONVERSIONIBUS PROPRIIS (seu, Per conversiones suas proprias) discretis, tum majoribus, tum minoribus. Methodius, Lib. 2. de tñv ἁγίων, de rebus creatis, apud Phot. Biblioth. Cod. ccv. p. 496. inf. 'Εἰ δὲ ἰαντὸν τέλει ἢ ἀβήρητι λέγοιτο μὴ δεῖσθαι τῆς τέχνης ἢ ἀνδρείας, κατὰ τὸ ἐλεῖν εὐλογεῖν, ἀνάγκη αὐτοῖς μὲν ὁμολογεῖν. Si quis autem diceret, Statuam illam non indignis artificis, quippe qua Per se ipsam perfecta, & non ab alio facta sit, (secundum perniciosum illud dogma) necesse haberet consideri AUTOMATIS MUM. p. p. αὐτομάτως ὁμολογεῖν, repetit ex alio argumento. Est igitur αὐτομάτως, Ortus rei motu proprio factus. Sicut Epicurus Mundos (in finitos enim statuit) ex atomorum agitatione seu motu perpetuo, & concretionem fieri, & dissipationem vel dissolutionem interire, dixit. Quæ sententia uti Patribus merito Atheisimæ reâ visa est: ita cavendum, ne in Scholis Orthodoxis, ab inconsideratis Atomorum patronis, velut ex Orco revocetur.

Pag. 159. in marg. Marcum vel Marinum alloquitur.] Illum, puto; non istum: eò quod Marcum ultimò hic verba fecerit. Deinde, quod Origenes sup. p. 64. l. 1. hunc ipsum Marcum, seu κακῶς λεξιθροῦντα, Eutropio designarit: cuius nunc elogii meminisse ille videtur: sup. snit. hujus Sententia

Pergerem hinc ad Duos reliquos Tractatus Adamantii: sed non possum intactas prætermittere duas vāgrandes dicas (an calumnias) eidem scriptas, & à Cyprio quidem Episcopo, f. d. Hæresi LXIV: ubi Origenes his ipsis argumentis, vel potiùs argutis, quas isthic in Valentianis refutat, memoratur impugnasse Resurrectionem carnis. Quod an probabile cuiquam cordato, qui nostri Dialogi Sect. V. legerit, videri possit, vehementer dubito. Vid. Pamphilus in Apolog. Orig. 10. 1. op. p. 771. & seqq. & Halloisius in Orig. defenso, Lib. IV. Q. 4. p. 283. & seqq.

Alterâ dica, superiùs item allegata, de Filio DEI factò seu creato, (proximè ante illam de Resurrect. Carn.) ex his Origenis verbis confirmata fuit ab eod. Epiphani. Ἀξιώμα τοίνυν, ἵπὲρ ἂν ἦν χαλεπὸν θεῶν καλὸν εἶναι θνήσκειν, ἢ μεταλίσει νόησις γενεῶν θροπύδων, ὅπως τῶ Πατρὶ ἢ ὅλων θεῶν Δεῖ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἢ ἀρχιερείας ἁγίας τῆ θεῶ ἀποστολῆς, ἀγίας (lego, ἀγίας) θεοῦ

ἡμῶν πρώτου καλὸς ἕπται. ἐπίκειται γὰρ τοῖς ἁγίοις ἐπαγγελία τῆ δόξης κ. κ. Itaque rogatus, cum nihil sine DEO esse possit egregium, & maxime intelligentia Scripturarum divinitus inspiratarum: ut Patrem universonum Deum, Per Servatorem nostrum & Summum Pontificem, GENITUM DEUM (ut habent versiones Lat. antiquæ, ac Petavii quoque h. l.) accedere velis & obsecrare, ut nobis imprimis donetur, bene quarere: quoniam proposita est Quarantibus inveniendi promissio: (Matt. VII. v. 7) Ex his, inquam, Epiphanius exculpit; Unigenitum DEUM, à paterna Divinitate atque Substantia per Origenem separari: nec non & Spiritum sanctum. Εὐρωπὸν αὐτὸν τὸν μονογενῆ θεὸν ἀπαδοτεῖντα τῆς τῆ Πατρὸς διδοκτικῆς τῆς Ὀυσίας, ὅμῳ τῆς τῆ Πνεύματος τῶ ἁγίου. Totum fulcimentum huius criminationis est, illud: Δεῖ τοῦ Ἀρχιερείας ἁγίας θεοῦ. Et verò, siquidem excipias: Sphalma esse Notarii vel Exscriptoris, qui geminationem literæ ὄ neglexerit: (cujus multa exempla in hoc ipso Dialogo deprehendes: & Cl. Svicerus noster plura dat in suis Observ. SS. Cap. VII. p. 173. 174.) quid reliquum invenies in totâ illâ pericope, quo demonstraretur, Negatam Divinitatem Filij & Spiritus S. ? Vid. Athanas. de Syn. Arim. & Sel. to. 1. Op. p. 710. Comelin. Si nostrum consulamus Dialogum, statim in limine apparebit pag. 3. Confessio Adamantii de DEO, quæ nobis hunc scrupulum procul excutiat. Credere se dicit, Unum DEUM Creatorem & Conditorem rerum omnium: ET EX ILLO DEUM [genitum] SERMONEM, CONSUBSTANTI ALEM, ÆTERNUM, & in novissimis temporibus Hominem Ex Maria assumentem, atque hunc ipsum Crucifixum, & resurgentem à mortuis: Credo etiam, ait, SPIRITUI SANCTO (al. in Spiritum. S) Æterno; vel, Qui Semper EST.] Hæc ille. Taceo, quod Deitatem Christi, à Creatione Universi & ipsius Hominis, demonstrat cont. Marin. Valentini. Sect. IV. pag. 106. 107. Item, Ab assumptione Carnis, h. e. humanæ nostræ Naturæ: quam Hominem, concreto nomine, supra in Confessione vocavit. Præterea, cum edidisset illam Questionem: Quomodo CHRISTUS sit DOMINUS Davidis, cujus predicatur Filius? nempe, DOMINUM esse secundum Spiritum, i. e. Deitatem: FILIUM, secundum Carnem: p. 127. & 128.

II.

IN PROTREPTICO ad Martyrium.

Pauca mihi occurrebant, animadversione digna: tùm quod emendator ille prælam evaserit: tùm quod unico exemplari nixi fuerimus; sæpe sic indistinctè ac fusè scripto, ut maximo conatu sensus eruendus & compingendus fuerit.

Pag. 169. lin. 17. 18. & malum] vertenda frequentia: Per Fortunam hominum, rem instabilem, juramentum. ¶ Postea memini

Pag. 180. lin. 1. 4. ubi legitur: ἐν Θεῷ ἀκούσει.] aliqua de Notulâ submonuisse: scilicet, Legendum, ἐν Θεῷ, ex vel à Deo audiet. Nisi fortè Scriptoris oscitantia, è proximè antecedenti commate, illud ἐν Θεῷ sit repositum. nam, hoc etiam deleto, nihilominus constat sententia. Itaque inferantur hæc Not. col. 118. med.

Pag. 201. lin. 9. ἢ δι' αὐτὸν] & per ipsum. Rectè. Non modò, quia sic non raro verti potest ac debet εἰς, licet quarto casu constructum: sed, quia sequens Participium, ἀσδυκότος, procul dubio postulat, ut præcedens Pronomen in Genitivo (αὐτῷ) legatur & scribatur.

Pag. 218. lin. pen. λόγων ἢ σοφίας Θεῷ.] λόγων in plurali exhibet M-S. & huc spectant antegressâ nomina, θεοσιτίμων & σωσιτατίμων & ὑπερεχόντων, Mallem versa: per diviniores & prudentiores, & o. h. n. præcellentiores sermones SAPIENTIAE DEI. vel sublato ἢ intermedio, vel converso in artic. demonstr. τῆς. hoc modo: λόγων τῆς σοφίας Θεοῦ. Filio DEI sic indigetato. nam, quis mortalium, divinas & omni humanâ naturâ excellentiores sermones, præter ipsum solum θεοὺς ἔρωπον, edere aut proferre; ac pereos nos ad perfectionem deducere posset? ego sanè non assequor.

Sed me charta monet verbis imponere finem:

Nostrâq; Ter summo credere cuncta DEO.

A Quo Ipso etiam precor, ut his aliisq; tuis studiis & conatibus Benedictionem suam cælestem aspiraret; quò Patria Civis bonus, Ecclesia Servus utilis, Academia Professor clarus, Parentibus solatio, gaudio Propinquus, Bonus, Pius, Eruditus omnibus gratus & amicus existas: id quod facillè te consecuturum spero, si Gloria DEI destinaveris tua cuncta; siq; prodesse καὶ δύναιμι omnibus, nemini detrabere vel obrectare studueris. Vale in DOMINO, qui te SS. Spiritu suo ducat, fulciat, servet, denique prosperet in omnibus Viis tuis! Dab. è Musæo meo, D. III. Eid. Novemb. quo exordia Professionis tuae, bono cum Deo, in Panegyri Academica duxisti: Anno CHRISTI c 10, 100. LXXIII. Aetatis mea Sexagesimo decurrente.

III.

IN AFRICANI & ORIGENIS Epistolis, pleraque omnia occupata esse video, & multis quidem crebrisq; allegatis oblita. Veruntamen

Pag. 221. lin. 10. ἀπραγαλαρῆρος] jam tum Notulam merebantur. Sed hanc, ex Origenis indicio, Notis ad pag. 241. (sic enim numerus paginæ signandus erat, qui confusus extat) col. 220. satis, opinor, præstas.

Pag. 225. med. errorem in versione admisum candide retractas pag. 247. Spero, bonis & eruditus probatum iri.

Notar. col. 79. l. ult. sic legatur & distinguatur: Wimph, explicabo. Sic ille: Dedit &c:

Item col. 193. & 194. Epiphanium allegas de Obelis & Asteriscis scribentem. Probo verba omnia: figuras tùm Obeli, tùm Asterisci, non arbitror descriptioni convenire. Quis enim vel hastam, vel lanceam, vel Seru (quibus obelum assimilat Epiphanium) eâ formâ vidit? Nec Asteriscum responderet usitatis in Vet. Codicibus figuris. Cumq; margini Epiphanii (more vetustorum Librorum Mathematicorum, imprimis Geometricorum) ascribenda fuissent, Typographi & Interpretes quomodocunq; intermiscuerunt verborum contextui. Vera Obeli nota est Virgula jacens, altero termino manubriolum, altero cuspidem referens. Asterisci autem forma sunt radii quatuor, ἐναλλάξ positi, (etsi alii Crucem decussatam fingant) cum totidem punctis interpositis. Denique, nemo præsumat de Origene judicare, nisi legerit Pamphili M. Apologiam pro illo. Addatur Athanasii cautio: ἀ μὲν ὡς ζῆτῆ & γυνάξαν ἔγραψε, ταῦτα μὲν ὡς αὐτῷ φρονήσεως διεχέσθω ἴσ, ἀλλὰ τῶς πρὸς ἀπὸν Φιλοπόλεμον. [α.] ἐν τῷ ζῆτῆ ἂν ἀδῶς ἰελεῶν ἀπὸ φάσις, τούτου τοῦ Φιλοπόλεμου φρόνησις ἐστ.